eius Successores, Ad Instantiam praefati Dni Stanislai Terlecki vel eius posterorum, ad officium praesens Castren Capitan Praemyslien, Extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, tempore in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, Iuri parere respondere, Vadium vel Vadia praefata luere, Inscriptioni huic satisfacere et omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes (aut eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evictorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem ultra proximos Officij praefati Castren Capitan Praemislien Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia paenis simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri, Bello convocationeque, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Terleckich Mutua Advitalitas

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesen Castren Capitan Praemyslien Nobiles Iwan Terlecki Szymkowicz Nobilis Demiani Terlecki Szymkowicz cum olim Nobili Anna Polanska Consorte eius legitima procreatus filius ab una, et Catharina Terlecka Nobilis Georgij Terlecki Olexnowicz cum olim Nobili Anna Piasecka procreata filia Coniuges legitimi, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competen recedendo praesentique Castrensi Capitan Praemyslien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere publiceque ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum tantum suo pro Interesse recognovit Quia

ipsi

ipsi et quidem Consors cum eiusdem Mariti sui assistentia et vltro-
neo ad infrascripta recognoscenda consensu sibi mutuo et inuicem
vna pars alteri omnium generaliter bonorum suorum, mobilium
et immobilium haereditariorum et obligatoriorum summarumque
quarumuis pecuniarum, nec non auri argenti clenodiorum vnionum
margaritharum Vestium vestimentorum, item stanni aeris, Cu-
pri, Orichalci, pecorum, pecudum, equorum, equitiarum, ac totius
supellectilis domesticae, in quacunque forma et materia existentium
nunc habitorum et in post habendorum, mutuam Aduitalitatem et
vsumfructum, ad extrema vitae vtriusque eorum tempora tan-
tummodo et non vltra, inscripserunt, concesserunt, et assigna-
uerunt, prout inscribunt, concedunt, et assignant potentialiter tali
videlicet modo et conditione: Quod si prius praefatum Nobi-
lem Iwan Perlecki Szymkowicz Maritum, quam ipsam Nobi-
lem Cathrinam Perlecka Olechnowiczowna Consortem ipsius
mori et de hac Luce decedere contigerit, extunc eadem Nobilis
Cathrina Olechnowiczowna Consors sua, bona suprascripta
omnia, et summas pecuniarum morte praedicti Mariti sui derelictas cum
omni eorundem Iure, Dominio, et proprietate competentiaque et pro-
rogatiua quauis, omnibusque et singulis eorundem vtilitatibus
et vsufructibus, tenebit, habebit, et possidebit, illisque quiete et
pacifice vtifruetur, ad extrema duntaxat Vitae suae tempora.
Post fata vero praefatae Nobilis Consortis, extunc praedicta bona et
res generaliter omnes Inscriptioni praesenti subiectae morte praedicti
Mariti sui derelictae ad successores praenominati Mariti sui si-
ne quouis impedimento et contradictione successorum praedictae
Consortis suae totaliter et plenarie deuoluentur, similiter quoque si
prius praefatam Nobilem Cathrinam Perlecka Olechnowiczowna
Consortem suam, quam ipsum Nobilem Iwan Perlecki Szymkowicz ma-
ritum suum mori contigerit, extunc idem Maritus bona suprascripta
grati omnia morte praedictae Consortis suae derelinquenda cum omni

Iure

Jure, Dominio, et proprietate tenebit habebit et possidebit illisq[ue] qui-
etè et pacificè ad extrema duntaxat Vitae suae tempora usufructuar[ie].
Post mortem verò et de hac Luce decessum eiusdem Mariti sui extunc
bona suprascripta morte eiusdem Consortis derelinquenda ad Successo-
res suos, sine quovis impedimento et Contradictione Successorum
mariti sui totaliter et plenarie devolventur, stis suis praesentibus per-
sonalibus Recognitionibus ad praemissa omnia Mediantibus.

Idem Consorti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Ca-
pitanealibus Praemysliensibus Nobilis Iwan Terlecki Zymbowicz, Nobilis
Demiani Terlecki Zymbowicz cum olim Nobili Anna Polanska Consorte eius
legitima procreatus filius Sanus mente et corpore existens à Terris Di-
strictibus, Juribus, Jurisdictionibusq[ue] suis quibusvis proprijs et Competentibus rece-
dendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quoad
actum hunc attinet semeus Successoribus ac bonis suis generaliter omni-
bus totaliter et plenarie incorporando, atq[ue] subijciendo, palam libere publice
ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Catherinae Nobilis Georgij
Terlecki Olechnowicz cum olim Nobili Anna Piasecka procreatae fi-
liae, sui vero Recognoscentis Consorti legitimae eiusq[ue] posteris Summam
Trecentorum florenorum polonicalium, ratione verae dotis et expeditionis
post ipsam acceptae, et in domum suam importatae, nec non aliam simi-
lem Summam Trecentorum florenorum polonicalium ratione certi, veri,
iusti, et liquidi dotalitij, in et super tota et integra medietate bonorum su-
orum generaliter omnium, haereditariorum, obligatoriorum mobili-
um et immobilium Summarumq[ue] quarumvis pecuniariarum, necnon
auri, argenti, clenodiorum, unionum Margaritarum Vestium Vestimen-
torum, stanni aeris, cupri, Orichalci pecorum pecudum, equorum equitiarum
ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae, dedit,
dotavit, dotalitavit, inscripsit, et Reformavit, prout dat, dotat, do-
talitat, inscribit et reformat praesentibus. Per ipsam Nobilem Catherinam
Terlecka Olechnowiczowna sui Recognoscentis Consortem Legitimam
et ipsius Posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter suo-
cum